

Mercurij cū annis, in tabula mediij argumenti Mercurij in annis, nempe 29 gradū Cancrī, & super eam extendo filum epicycli. Deinde in tabula argumenti Mercurij in mensibus & diebus, cum 20 Iulij reperio 21 gradus 1 litera. Hos gradus numero in uolubili rotula, eosq; cū 1 litera dirigo sub filum epicycli, quod situm est super radicē argumenti Mercurij, & index uolubilis rotulae indicat 19 v gradum, argumentū medium Mercurij in epicyclo. Deinde filum centri extendo super punctū ꝛ in uolubili rotula signatum, id ostendit inter signa & gradus immobilis rotulae, uerum Mercurij 16 gradum Ω. Cum autem minuta proportionalia aliquid aut detrahant aut adijciant, cum medio Mercurij ꝑ centrum eius æquato, ingredior tabulam minorum proportionalium Mercurij, inuenioq; 27 minuta sub titulo additionis. Deinceps cū argumento medio Mercurij, scilicet 22 v gradu, in tabula multiplicationis minorum proportionalium Mercurij, sub titulo adiectionis reperio 0 gradus. Verus igitur Mercurij iam iam inuentus scilicet 16 gradus Ω, & æquatus idem sunt. Cumq; eius argumentum medium sit in parte superiori epicycli, directus est.

¶ Verus mediusq; Lunæ inuestigandi sunt.



VÆRE primo mediū Lunæ, sicut & reliquorum per suas tabulas, ingrediendo scilicet tabulam mediij motus Lunæ cum annis propositis, & super radicem mediij motus Lunæ extendendo filū centri, deinde è tabula mediij motus Lunæ in mensibus & diebus, desumendo gradus & literam mediij Lunæ motus in diebus datis, eaq; numerando in mobili rotula, & ducendo sub filum centri. Tum enim index medium Lunæ indicabit, quem ad Abacum supputatorium seorsim annotato. Deinde in tabula radicū argumenti Lunæ, cum proposito anno quære radicem argumenti mediij Lunæ, & super eam in immobilis rotulae signifero computatam, extende filum centri. Postea in tabula mensium & dierum, cum die proposito mensis, gradus & literas mediij argumenti Lunæ quære. Hos gradus & literam mobilis rotulae dirige sub filum centri, quod situm est super radicem argumenti Lunæ, iam uide circa titulum, argumentum Lunæ, qui est circa cauaturam mobilis rotulae, gradus æquationis argumenti Lunæ, quos si in flaua regione reperti fuerint, adde, aut subtrahe, à medio Lunæ motu iam antea ad Abacum supputatorium annotato, si in alba regione inuenta fuerint.

¶ Exemplum de Lunæ motu.



V M annis Christi 1522 in tabula radicum mediij motus Lunæ reperio 22 gradum ꝛ, hos quæro in signifero immobilis rotulae, & super eos extendo filum centri. Deinde in tabula mediij